Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uestitus, Nam à pari procedunt quæ uel
hoc uel illo modo sunt concessa, per Bald.
in L. 1. quæst: 35. ff. de rerum diuis.
Curt: Jun: cons. 4. col. 4. Roland. à Valle
cons. 3. n. 64. & 68. Vol. 1. & communiter
alij:) posse sine assensu Domini directi
liberè alienari. per text: expressum in c. 1.
in princ: de feud: non habente propriam
naturam feudi, estq; communis opinio,
teste Curt: Jun: d. tract: feudal: part.
4. regula. 2. quæst. 5. Jul: Sarus in
§. feudum quæst: 31. n. 8. Vbi addit ratio//
nem quia Dominus concedendo feudum
tali modo uideatur usq; à principio præ//
stitissæ consensum cuiq; alienationi &c.
sicut etiam ad primum alienationis actum
supra dictum fuit. late Roland. à Valle
d. cons. 3. n. 69. cum multis seqq. Vol. 1.
Vbi multos citat &c.

Ex quo necessarium efficitur consequens, eo
ipso quod Dominus Beerus siue Bern//
hardus à Rechberg hæc feuda Dominis
Vlrico & Johanni à Freundtsberg &
omnibus eorum hæredibus Vendidit, eum
manifestè declarasse, istorum Venditionem
feudorum Domini directi consensu opus

non